

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie m
cum fonte primo

Diuites

discant non in facultatibus crimen haberi
sed in hiis qui uti nesciunt.

Nam diuicie ut impedimenta sunt improbis,
ita bonis sunt adiuuamenta uirtutis.

Ambrosius libro VIII. super Lucam.

Discant non in facultatibus crimen haerere,
sed in his qui uti nesciant facultatibus;
nam diuiciae ut inpedimenta in improbis
ita in bonis sunt adiuuamenta uirtutis.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii
secundum Lucam*, 8.85 (CCSL 14, M. Adriaen
& P.A. Ballerini eds., p.330, ll.1029-1031).